



UNA VOCE VENETIA

DOMENICA DELLE PALME

Matth. 27, 62-66

ALTERA autem die, quæ est post Parascéven, convenérunt príncipes sacerdotum et pharisaéi ad Pilátum, dicéntes : Dómine, recordáti sumus, quia sedúctor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resúrgam. Jube ergo custodíri sepúlcrum usque in diem tértium : ne forte véniant discípuli ejus, et furéntur eum, et dicant plebi : Surréxit a mórtuis; et erit novíssimus error pejor prióre. Ait illis Pilátus : Habétis custódiam, ite, custodíte, sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem, cum custódibus.

Matt. 27, 62-66

IL GIORNO seguente che è quello dopo la Parasceve, i principi dei sacerdoti e i Farisei, radunatisi, andarono da Pilato a dire: Signore, ci siamo ricordati che quel seduttore disse, da vivo: Dopo tre giorni risusciterò. Ordina adunque che sia custodito il sepolcro fino al terzo giorno, affinché non vadano i suoi discepoli, e lo rubino e poi dicano al popolo: È risorto dai morti: e l'ultimo inganno sarebbe peggiore del primo. Disse loro Pilato: Avete le guardie, andate, custodite come credete. Ed essi andarono ad assicurare il sepolcro colle guardie, dopo averne sigillata la pietra.



UNA VOCE VENETIA

Benedizione delle Palme

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum *Matth. 21, 1-9*

IN ILLO témpore : Cum appropinquásset Jesus Jerosólymis, et venísset Bétphage ad montem Olivéti : tunc misit duos discípulos suos, dicens eis :
Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam alligátam et pullum cum ea : sólvite et addúcite mihi : et si quis vobis áliquíd dixerit, dícite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimíttet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur, quod dictum est per Prophétam, dicéntem :
Dícite filiae Sion : Ecce, Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam et pullum, filium subjugális. Eúntes autem discípuli, fecérunt, sicut præcépít illis Jesus. Et adduxérunt ásinam et pullum: et imposuérunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sedére fecérunt. Plúrima autem turba stravérunt vestiménta sua in via : álii autem cædébant ramos de arbóribus, et sternébant in via : turbæ autem, quæ præcedébant et quæ sequebántur, clamábant, dicéntes : Hosánna fílio David : benedíctus, qui venit in nómine Dómini.

Dal Vangelo secondo Matteo *Matt. 21, 1-9*

IN QUEL tempo: Avvicinandosi a Gerusalemme, arrivato a Betfage, presso il monte degli Ulivi. Gesù mandò due discepoli, dicendo loro: Andate nel villaggio a voi di rimpetto, e subito troverete un'asina legata col suo puledro: scioglietela e menatela a me; e se alcuno vi dirà qualche cosa, ditegli che il Signore ne ha bisogno, e subito ve li rilascerà. Or tutto questo avvenne perché si adempisse il detto del profeta: Dite alla figlia di Sion: Ecco il tuo re viene a te, mansueto, seduto sopra un'asina e un asinello, puledro duna giumenta. I discepoli andarono e fecero come aveva loro comandato Gesù. E menarono l'asina e il puledro, e vi misero sopra i mantelli e Gesù sopra a sedere. E la gran turba stese i mantelli per la strada; alcuni tagliavano rami dagli alberi e li stendevano per la strada, e le turbe che precedevano e quelle che seguivano, gridavano: Osanna al figlio di David: benedetto colui che viene nel nome del Signore.